

DE
TALMUDH JUDÆORUM
ORATIO

Conscripta & publicè habita in promo-
tione decem Baccalaureorum,

A

M. DANIELE Schwenter NORIBERGENSE,
Linguae SS. Professore in Athenæo Norico.


Roman. II:25.

*Nolo vos ignorare, fratres, mysterium hoc, ut non sitis vobis-
ipsis sapientes, quia cecitas ex parte contigit in Israël, do-
nec plenitudo Gentium intraret.*



NORIMBERGÆ,
E typographéo SIMONIS HALBMAYERI.

M. DC. XXIII.



Um JEHOVA ex arcana sua sede
 prodiens, hoc mundi domicilium, ceu
 Theatrum exquisitâ arte elaboratum,
 magnâ rerû varietate refertum & ex- *Genes. 1.*
 ornatum, atque ideò summi Archite-
 cti & opificis sapientiam infinitam re-
 dolens, quinto creationis die absolvisset; sexto tan-
 dem HOMINEM masculinum, qui partim huic præesset,
 hoc partim uteretur, fecit, creavit, formavit; unum
 omnium ANIMANTIUM quod cœlestem mentem est
 sortitum, ob rubicundam elegantemque formam,
 ADAM dictum; ex hujus dormientis latere MULIE- *Genes. 2.*
 REM postea artificiosè depromptam, & chavva VI-
 VACEM nuncupatam, eidem in sociam conjugemq;
 commisit, in hortum voluptatis immisit, arborique
 vitæ præfecit. Ubi primùm vitam agebant inculpa-
 tam beatissimamque, malorum omnium expertem,
 terrâ suâ sponte ferente omnia. Hanc amœnissi-
 mam terræ partem, fluminibus quaqua versus irri-
 guam, eheu, non diu incoluerunt! A primo namq;
 & divino MANDATO, Serpentis mendacio impulsî *Genes. 3.*
 deflectentes turpiterq; aberrantes, sede illâ beatâ de-
 pulsî, solum flebiliter verterunt. κόσμος *Ⓞ* ipsis fiebat
 ἀνοσμος *Ⓞ*: Authoritate namq; vocis divinæ, suo orba-
 tus vigore, tribulos gignebat spinasque, deteriora o-
 mnia & incongrua; Tellus inculta, ultrò nihil am-
 plius ferebat; sed multâ curâ fata producenda erant *Seneca.*